



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem excentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus
Venetiis, 1706**

Descriptionis Baptizatorum Form. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

ptas à Ritual, & quia Domi non fuit illi impositum nomen, in Ecclesia per me impositum fuit nomen N. Patrinus Domi fuit N.

4. Quando autem dubitatur de validitate Baptismi, ut potè quia Obstetrix, vel alius baptizans in periculo mortis postea examinatus recte formam non callere repertus est, quia aqua elementaris, qua fuit usus, dubia est, aut ex alia simili causa, tunc erit infans rebaptizandus sub conditione, & partita Libri describenda, prout sequitur.

F O R M U L A VI.

Die . . . mensis . . . anni . . . hora . . . natus est infans filius legitimus, & naturalis N. & N. Conjugum hujus mæ Parochiæ N. qui ob periculum imminens mortis baptizatus fuit Domi ab N. & postea mortis discriminé evaso, delatus fuit ad hanc Ecclesiam Parochiale pro supplendis solitis cœrementiis; sed quia in examine per me diligenter habitus dicti baptizantis super formam, & modo Baptismi per eum collati, dubitavi de illius validitate, ideo Ego N. Parochus baptizavi dictum infantem cum conditione-- *Si validè non es baptizatus &c.* nomenque imposui N. Patrinus fuit &c.

A D N O T A T I O N E S.

5. *AB OBSTETRICE APPROBATA.* Dicitur sic in Formula quinta, ut intelligat Parochus, quod nulla fœmina exercere debet officium Obstetricis, antequam sit bene instruta per eum circa formam, & materiam hujus Sacramenti, & ab Episcopo approbata, ut monet D. Carolus in *Concilio Provinciali* 5. quod refert *Gavant. Manual. Episcop. verb. Baptismus num. 26.* ut tradunt communiter DD. quos refert Romaguer. *ad Synodal. Gerund. lib. 3. tit. 18. cap. 2. num. 18.*

6. Additur quoque expressio imminensis periculi mortis, ad demonstrandum, quod seclusa necessitate, & mortis periculo, in collatione Baptismi adhibendæ sunt solemnitates ab Ecclesia præscriptæ, alias baptizans sine illis graviter peccat; sic firmanit DD. adducti à Romaguer. *loco mon citato num. 19. & 20.*

Cæterum Parochus circumstantias notatas in Formulis nuper relatis apponere non contemnat, quia sœpè in probanda identitate personæ in successionibus, & aliis juribus multum juyant.

Descriptionis Confirmati.

F O R M U L A VII.

Die . . . mensis . . . anni . . . N. Episcopus N. occasione visitationis Pontificaliter induitus ministravit solemniter Sacramentum Confirmationis in Ecclesia N. Terræ N. & fuerunt confirmati sequentes.

N. ætatis annorum . . . filius N. & N. Conjugum Parochiæ N. Patrinus fui N. filius N. Parochiæ N. loci N.

Et sic describantur mares separatim à fœminis in eodem Libro ordine alphabeticō, exprimendo ætatem, & qualitatem Adulutorum, præsertim si sint conjugati.

AD